

tu adquisisti; grande bonum malo^f suo^f operati sunt nobis ambo. Propterea^g si *episcopatum*³⁴ Iude^g alter est sortitus, iuxta vaticinium psalmistę: *Et oratio eius fiat*^h *in peccatum*, quid censendum est de illis, pro quibus precabitur, maxime cum sit deputatus perpetuis cremandis incendiis ubi nemo

115 confitebitur Domino? Quippe cum pro se non valet precari, quomodo audietur oratio eius pro aliis, cum scriptum sit: *Qui*³⁵ *claudit aurem suam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis*, cum hic non solum legem non observaverit, verum insuper Christum legislatorem vendidit? Itaqueⁱ si tali exterminio³⁶ traditus est, qui Christum^j vendidit^j, quid^k erit de sociis eius,

120 qui Paraclytum^l vendunt vel emunt^l? Numquid non pares sunt in ultione, qui pares sunt in crimine? Ille filium^m Dei vendidit^m, isti, quantum inⁿ ipsis est Spiritum sanctum conantur vendere. Sed forte aliquis male interpres scripturarum dicit, 'Ignoranter hæc fecerit.' Ast quid enervatius cęcitare

fol. 77^v ignorantę? Maxime cum scriptum est de illis: *Si*³⁷ *enim cognovissent, numquam Dominum glorię crucifixissent?* | Quid enim profuit illis quod hoc

125 ignoranter fecerunt? Numquid non sunt deputandi eterno incendio? Sunt utique! An forsitan illi, qui nil tradere docti sed tantum certa re cauti illud evangelicum ad^o tenendum^o proprium errorem sument scutum: *Servus*³⁸ *sciens voluntatem domini sui et non faciens digna, plagis vapulabit multis, qui*

130 *autem nescit et facit digna, plagis vapulavit*^p *paucis?* Sed si, nonnisi unum oculum aperuerint quando legerint, aperiant alium et probent dominicum dictum. Numquid inpune evasit, qui nesciendo voluntatem domini sui fecit? Non! Sed ad comparationem illius, qui scienter peccavit, vapulabitur plagis paucis, quia licet sit unus idemque ignis inferni sed^q tamen unius-

135 cuiusque merita ardebit. Sed quicumque catholicus vult detestabilem heresim, quę in ipso exordio christianę religionis Symone Mago auctore pul-

f-f) suo malo Bern. g) Propterea – Itaque (Zeile 118) fehlt Bern.

h) fit M₂. i) Siehe oben Variante g (Zeile 112). j) vendidit Christum Bern.
 k) qui Bern. l-l) emunt vel vendunt Paraclytum Bern. m-m) vendidit
 Filium Bern. n) se folgt Bern. o-o) In F₁ nicht deutlich zu lesen, vielleicht
 attuendum. p) paucis folgt F₁ (vor Korrektur). q) So F₁ für secundum.

³⁴) Ps. 108, 7 f.

³⁵) Prov. 28, 9: *Qui declinat aures suas ...*

³⁶) Vgl. Matth. 27, 3–5.

³⁷) 1. Cor. 2, 8.

³⁸) Luc. 12, 47 f.